

# “Benedictus” (Cantico di Zaccaria cfr. Lc 1, 68-79)

## Latino

*Benedictus Dominus, Deus Israel,\*  
quia visitavit et fecit redemptionem plebis suae  
et erexit cornu salutis nobis\*  
in domo David pueri sui,  
sicut locutus est per os sanctorum,\*  
qui a saeculo sunt, prophetarum eius,  
salutem ex inimicis nostris\*  
de manu omnium, qui oderunt nos;  
ad faciendam misericordiam cum patribus nostris\*  
memorari testamenti sui sancti,  
iusiurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis,\*  
ut sine timore, de manu inimicorum liberati, serviamus illi  
in sanctitate et iustitia coram ipso\*  
omnibus diebus nostris.  
Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis:\*  
praeibis enim ante faciem Domini parare vias eius,  
ad dandam scientiam salutis plebi eius\*  
in remissionem peccatorum eorum,  
per viscera misericordiae Dei nostri,\*  
in quibus visitabit nos oriens ex alto,  
illuminare his, qui in tenebris et in umbra mortis sedent,\*  
ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.*

## Italiano

*Benedetto il Signore, Dio di Israele,\*  
perché ha visitato e redento il suo popolo  
e ha suscitato per noi una salvezza potente\*  
nella casa di Davide suo servo,  
come aveva promesso\*  
per bocca dei suoi santi profeti di un tempo,  
salvezza dai nostri nemici\*  
e dalle mani di quanti ci odiano;  
così Egli ha concesso misericordia ai nostri padri\*  
e si è ricordato della sua Santa Alleanza,  
del giuramento fatto ad Abramo nostro padre\*  
di concederci, liberati dalle mani dei nemici,  
di servirlo senza timore in santità e giustizia\*  
al suo cospetto per tutti i nostri giorni.  
E tu, bambino, sarai chiamato profeta dell'Altissimo,\*  
perché andrai innanzi al Signore a preparargli le strade,  
per dare al suo popolo la conoscenza della salvezza\*  
nella remissione dei suoi peccati,  
grazie alla bontà misericordiosa del nostro Dio,\*  
per cui verrà a visitarci dall'alto un sole che sorge,  
per rischiarare quelli che stanno nelle tenebre e nell'ombra della morte,\*  
e dirigere i nostri passi sulla via della pace.*

# “Magnificat” (Lc 1, 46-55)

## Latino

*Magnificat \**  
*anima mea Dominum,*  
*et exultavit spiritus meus \**  
*in Deo salutari meo*  
*quia respexit humilitatem ancillae suae, \**  
*ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*  
*quia fecit mihi magna, qui potens est: \**  
*et Sanctum nomen eius*  
*et misericordia eius a progenie in progenies \**  
*timentibus eum.*  
*Fecit potentiam in brachio suo, \**  
*dispersit superbos mente cordis sui,*  
*deposuit potentes de sede, \**  
*et exaltavit humiles;*  
*esurientes implevit bonis, \**  
*et divites dimisit inanes.*  
*Suscepit Israel, puerum suum, \**  
*recordatus misericordiae suae,*  
*sicut locutus est ad patres nostros, \**  
*Abraham et semini eius in saecula.*  
*Gloria Patri et Filio \**  
*et Spiritui Sancto*  
*sicut erat in principio et nunc et semper \**  
*et in saecula saeculorum. Amen.*

## Italiano

*L'anima mia magnifica il Signore \**  
*e il mio spirito esulta in Dio, mio salvatore,*  
*perché ha guardato l'umiltà della sua serva. \**  
*D'ora in poi tutte le generazioni mi chiameranno beata.*  
*Grandi cose ha fatto in me l'Onnipotente \**  
*e Santo è il suo nome:*  
*di generazione in generazione la sua misericordia \**  
*si stende su quelli che lo temono.*  
*Ha spiegato la potenza del suo braccio, \**  
*ha disperso i superbi nei pensieri del loro cuore;*  
*ha rovesciato i potenti dai troni, \**  
*ha innalzato gli umili;*  
*ha ricolmato di beni gli affamati, \**  
*ha rimandato i ricchi a mani vuote.*  
*Ha soccorso Israele, suo servo, \**  
*ricordandosi della sua misericordia,*  
*come aveva promesso ai nostri padri, \**  
*ad Abramo e alla sua discendenza, per sempre.*  
*Gloria al Padre e al Figlio \**  
*e allo Spirito Santo.*  
*Come era nel principio, e ora e sempre*  
*nei secoli dei secoli. Amen. [6]*

# “Nunc dimittis” (Cantico di Simeone cfr. Lc 2,29-32)

## Latino

*Nunc dimittis servum tuum, Domine,\*  
secundum verbum tuum in pace:  
Quia viderunt oculi mei salutare tuum\*  
Quod parasti ante faciem omnium populorum:  
Lumen ad revelationem gentium,\*  
et gloriam plebis tuae Israel.*

## Italiano

*Ora lascia, o Signore, che il tuo servo\*  
vada in pace secondo la tua parola,  
perché i miei occhi hanno visto la tua salvezza,\*  
preparata da te davanti a tutti i popoli,  
luce per illuminare le genti\*  
e gloria del tuo popolo, Israele.*